

Pub. 20. num. 27.

5
1710 11
CHRISTO SECUNDANTE
ASSERTIONES QUÆDAM JVRIDICÆ
DE
LOCO CONTRACTVS

S 145
AMPLISSIMI JCTORVM ORDINIS
IN ALMA NORICORVM
AVCTORITATE
COMMITTONVM EXAMINI SOLENNITER
ABSQUE PRÆSIDE EXPOVNVTVR

A
CHRISTOPHORO SPIZIO,
ALTSTETTENS- THVRINGO,
D. 3. Octobr. 1710.

ALTDORFI,
LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.





INTROITVS.

*Locus ubiq.
S' nusquam.*



Oci existentiam in amplissimo mundi hujus
Theatro nusquam non obviam esse; & è con-
trario nullibi etiam repiriri, non absque suffi-
cienti ratione asserere fas esse arbitror. Non
equidem de concilianda hac invicem primo
intuitu apparente contrarietate multum la-
borabo, cum citra negotium cuivis scrutanti paululum patefieri
queat; sed illud hac vice tantum pro præsenti scopo dicam,
quod, quemadmodum *loci præsentia* per omnes terrarum re-
giones sese diffundit, ita etiam omnes Jurisprudentiæ paginas
Omnia sunt in loco. occupare apta nata sit. Quæcunque enim aguntur & hunc, sive
sacra, sive profana, publica sive privata, licita, sive minus licita,
inter vivos, aut per ultimam voluntatem, agendo denique &
*Varios pro-
ducit effetus* excipiendo, in loco geri necesse est. Sortitur insuper loci
conditio plurimos effectus, tam ratione sui ipsius, quam personarum & negotiorum. Enimvero non seipsum solum trans-
format sè penumero, & alterat, ut ex profano fiat sacer & reli-
gioſus, publicus ex privato, proprius ex alieno &c. sed etiam per-
sonas varie qualificat, forum & jurisdictionem tribuit, aliosque
*etiam in
contractibus.* innumeros effectus producit. Cumque idem usu veniat etiam
in Contractibus, & hi non minimam Jurisprudentiæ partem
constituant, quæ non frequentia duntaxat, verum utilitate quo-
que, imò & necessitate in Politicæ & Civilis vitæ conversatione
sese maximopere commendet, consultum duxi, quasdam theses,
Speciminiſ Academicī vice, post exantlata ritè Examina, ad dis-
putandum proponere, ubiorem tractationem alii loco, si
Deus dederit, reservaturus.

Hæc interim

CHRISTVS SECUNDET!

CAPVT

CAPUT PRIMVM

Agit de Locis & Contradicibus in genere.

I.

DE loco contractus asturus statim premonendum censeo, me hic excludere *Locum hic omnem loci considerationem physicam, in qua varia significations reperire non physic est, de quibus vid. Rudolph. Goelen. in Lexic. Philosophic. Juridice quoque confidatur, non uno fumitur modo.* Nam primum denotat officium, *juxta sed juridice Novell. 134. rubric. in qua phrasis: LOCI SERVATOREM HABERE: confidatur vicario in officio five provincia sibi demandata uti: Græc: Toworugens in Concil. tur. ubi pro Chalcedon. can. 28. LOCVM TENEND. vid. Gothofred. ad d. Novell. rubr. § c. 2. officio: loci Cujac. L. 3. Observ. 14. Gallis audit Lieutenant. Un officier, qui exercee en la place d'un servator autre. Richelet. h. v. Et hoc sensu reperiur etiam in lege. athletas. 4. § 1. ff. de his qui Lieutenant not. infam. ibi: § sane locu iste (i.e. MVNVS, OFFICIVM, SPARTA, PROVIN CIA &c.) à Principe non pro modico beneficio datur.*

II. Alias loci figuris offendit in l. 2. § 3. ne quid in loc. public. l. 211. de V. S. l. 60. *alia signifi per tot. eo i. Pro commoratione, domicilio, sede, & habitatione, vor eine Wohnung oder cationes, pro Ausenthalt accipitur in l. pro lock. 6. C. de annon. & tribut. ubi de annonis ad exerci habitacione. tum venditis disponitur, ut proximi habitantes illud peragant potius quam longinquius commorantes Brunnen. ibid. Metaphoricè: locum dare precibus cujusdam, idem est ac gratificari: Eines Biße Statt finden lassen. Aliquando pro genere, five sanguinis metaphoricè stemmati: ut: SVMMO, OBSCVRIO, LOCO natum esse: item: pro RATIONE: ratione, r. g. alienius rei locum habere, i. e. rationem habere. Rarius pro TEMPORE: vid. Salm. tempore, de Pallio. p. 330.*

III. Non prætermittenda illa est notio, quando pro argumentorum five rationum *argumentis* sede sumitur, unde probabilitate argumenta & media conclusionum deponuntur, ad id, *in topicis,* quod in quæstione & controversia est, probandum. Hinc ars topica, i. e. ars inventiendorum argumentorum. Cicero in Top. ubi LOCVS nihil aliud est, quam communis rei nota, cuius admonitus quid & quomodo in quaque re probable sit, potest inventari, vel in ipsa causa, vel extra causam, de qua quæstio est: Pratij. in Lexic. Varium & frequentem usum five applicationem horum locorum in Jurisprudentia docuit Celeberrimus quondam hujus rei Author Nicol. Eberhardi, in opere, cui titulum fecit: LOCI ARGUMENTORVM LEGALES. Locutio à Logicis mutuata

IV. Locorum diversas divisiones, veluti in publicum & privatum: Universitatis & singulorum: sacrum item, sanctum & religiosum, profanum, purum, servientem, operum, solis plenum, urbanum, rusticum, sterilem, peregrinem, domesticum, tutum, periculosum, infidiosum, salubrem, certum &c. vide Brissón: tanquam ad scopum nostrum nihil facientes, non discutiemus hac vice, sed proposito nostro vicinius accedentes definimus Locum Contractus; quod sit illud spatiu five localitas quedam, ubi negotium gerentes vel contrahentes convenierunt, vel promissi implendi caula adhuc conventuri sunt. Quo nomine dispescitur in locum contractus in genere, & in locum solutionis *Locu Contractus* specialius *juxta l. 21. de O. & A. l. 3. ff. de reb. aut. jud. poss. § t. t. de eo que certe loc. tractus dñe Nam si nihil de solutione adjectum, locus contractus est, ubi negotium à partibus suis plex celebratum, Carpz. lib. 2. reb. 29. n. 7. Ubi vero solutio adjecta est, duo velut membra* *Definitio.* *Divisio nes* *sive species.* *habet*

Habent contractus, unum solutionis, & alterum solennitatis. **Donell.** L. 17. c. 14. C. J. A.
tit. de judic. lib. 219. **Rota Genuensis** decisi. 161.

de contra-
bus etymol.

contrahere
quid

en delictis

Dottorum
varia

Mozzini
S. recenset.
Struv. 3.

optima

origo.

Jur. Gent.
S. Civ. con-
surgunt

dilectio in
verum S
quasi.

V. Nomen contractus quod attinet, est illud in jure notissimum, & dicitur quasi sit vicinum & mutua tractatio. Alciat. in l. Labto. 19. §. 1. ff. de V. S. Mozz. in tr. pecul. bu-
ju argum. art. 1. n. 14. notat, contractum dici, quasi contra actum: nam dictio: contrâ: habet duos significatus: aliquando enim stat pro VICISSIM: & sic erit ultra citroque actus sive negotium: aliquando accipitur pro ADVERSVM, & sic referatur ad actum ex una parte tantum consistentem, qualis est donatio, in qua donans saltim obligatur. Illud extra dubium est, quod descendat à verbo contrahere, quod est constringere, & coangustare, sive in angustum deducere: Ita dicuntur contrahi vela, nervi, cohortes, copiae &c. passim apud Clasicos. In obligationum materia contrahere est cum aliquo convenire & consentire de obligatione constituenda, quia in contrahendo post multas consultaciones, deliberationes & altercationes, de aliquo vicissim dando sive faciendo tandem convenimus ad unum consensum. l. 8. C. de rescind. vendit. Etzard. Stamler in Colleg. Contraff. Disp. 1. §. 80. Interdum etiam ad delicta applicatur, quando sponte vel ignorantia contrahi dicuntur l. 1. ff. de LL. Hinc male contractus audiunt JCTo in l. 52. ff. de
re jud. Mala tractationis maritum acculare, est de sevita queri.

VI. De definitione, an vera & genuina dari queat, ingens est inter Doctores conten-
tio. Quot scriptores, tot variationes. Alter enim Theophil. in fin. de obligat. Alter Cu-
jac. in l. 7. ff. de pat. S. in Paratith. C. de O. & A. Alter Boicer. in cl. 2. diff. 3. lib. 1. &
alter ab aliis, quorum quosdam recent Stamler d. l. n. 81. Mozzini suprà citat. art. 2.
oest tradit definitions. Struvius in Juriprud. Roman. Germ. for. L. 3. tit. 3. §. 1. ex-
hibet tres: Namir. (1) quod sit CONVENTIO, CONSTANS PROPRIA VI CIVI-
LEM OBLIGATIONEM AT ACTIONEM PRODUCENDI. l. 7. pr. de pat.
(2) CONVENTIO CVM CAVSA. l. 7. §. 1. 2. 4. de pat. (3) CONVENTIO HA-
BENS IN SE NEGOTIVM ALIQVOD. l. 15. d. P. V. Cum prima convenit illa
LAVTERBACHII tit. de pat. dicentes: ESSE MODVM OCLIGANDI PER SE ET
SVA NATVRÆ PRODUCENTEM OBLIGATIONEM EFFICACEM. d. l. 7. §. 1.
S. 2. que ex mente Jurisprudentia Romana Civilis pro omnium accuratissima potest
haberi, ut proinde facilis negotio possit discerni à PACTO nudo, à POLLICITATIO-
NE, VOTO, OBLIGATIONE ANTIDORALI, DELICTO, & id genus alii. Si-
quidem ista vis & causa est id, quod operatur obligationem in foro Romano efficacem,
Struv. d. l. §. 2. conf. Stamler. d. l. lib. 89.

VII. Restrinximus effectum obligandi ad Jus Civile Romanum, quo utimur in Im-
perio. Lauterb. conclus. for. 1. lib. 1. Licet enim negari non possit, dari plures contractus
ex Jure Gent. originem ducentes, ut sunt memorati à JCTo in l. 5. ff. de J. S. J. Civile
tamen vario modo circa Jus Naturale se gessit, nec illud ritudine reliquit, sed partim
approbando, partim interpolando eidem civilem rationem indidit, adeò ut ambo iura
in unam consonantiam redacta effectum demum in Statu Politico & Civili producant.
l. 6. ff. de just. S. iur. §. 1. ibi: partim suo proprio, partim communis omnium hominum,
i. e. naturali jure, intentum Inst. de J. N. G. & C. Vinn. in nat. ad. d. §. 1. verb.
vocabul. Jus Civile. Immo reperiuntur multa negotia & contractus etiam in specie,
qui esse & existentiam suam accepissent à Jure Civili. d. l. 5. in f. ff. d. J. S. l. 4. 2.
§. 1. V. S.

VIII. A causa efficiente & ineundi modo dispescitur contractus in duas species.
Vel enim consensus verè ab utraque parte interponitur, vel fictè & presumptivè, cum
minimis factum ab una parte subest, ex quo presumitur alter, quem concernit, licet
ignorat.

•••• (5 .) ••••

ignoret, nihilominus convenisse, ita, ut efficax exinde resultet obligatio per l. si quis ab
jenit, 2. ff. de neg. gest, qui modus ultimus legis interpositione nascitur, ut praesumptio
vel fictio illa habeatur pro veritate. l. 25. §. 16. ff. famil. heret. l. 46. d. O. & A. quod
utilitatis gratia introductum esse tradidit Cetus in l. s. d. t. & ipse Imperator in §. 1. vers. idq.
utilitatis causa receptum est. l. de obli. quo quasi ex contr.

X. Prior species vocatur contractus verius & proprius, in quo uterque consensum verius, quasi,
confert in obligationem: altera dicitur QVASI CONTRACTUS seu inpropterè talis
tit. Infl. de obligat. quo quasi &c. que divisio nonnullis dicitur analogica, quia sub genere
conventionis fratre & propriè sic dicta non continetur. Non secus ac quasi utilitatis,
quasi possesso, & alia negotia. Verum quia fictio in jure occupat locum veritatis,
idecirco de hac re non erit multum disceptandum, cum in verbis nos deceat esse faciles,
modo re ipsi conveniamus.

X. Verius contractus iterum scinditur in nominatum & innominatum, quorum ille à *Veritu* in no-
certo nomine, certa contrahendi forma, & nominata actione substantiam suam nancisci- minat. Et
tit. l. 7. §. 1. ff. de past. & perfectio quatuor modis: nempe (1) rei traditione, (2) ver. innominat.
borum solennium conceptione, (3) literarum scriptio, five chirographo, & nudo de-
nique (4) consensu, absque omni alio adminiculo. §. f. l. de obligat. §. un. l. de obligat.
ex conseru.

XI. Innominati è contra sunt, qui certo nomine, certa contrahendi forma, & no-innominati
minata actione substituuntur. l. 7. §. 2. de past. l. 1. §. 2. ff. de P. V. Quod illis vim
& efficaciam obligandi indit, CAVSA esse dicitur, que est datio vel factum, ea lege illico causa quid
interveniens, ut vicissim ex altera parte aliquid detur vel præstetur. d. l. 7. §. 2. de past.
Hinc omnes reales esse constat, l. 1. §. 2. de ver. permal. l. 5. pr. & §§. seqq. de P. V. innominati
Lauterb. post tit. de Locat. cond. rubr. de contract. nom. omnes sunt

XII. Quasi contractus eandem admittere videntur divisionem, ut sint vel nominati, reales,
vel innominati: de illis vid. l. t. J. de obligat. quo quasi ex contr. de his exaudiendi sunt
illi, qui habent in titulis ff. & Cod. de Conditionibus, ubi quasi - contractus, nomi- quasi contr.
ne certo substitutus sub vero contractu later. vid. l. 13. §. sim. ff. commodat. sunt & alii divisi.
cere possint. Veluti si quis male contrahat in tenebris, juxta illud Salvatoris Job, 3.
ad tit. de obligat, quo quasi ex contr.

CAPUT SECUNDVM

*Agit specialius de contractibus, & in quo genere contractuum loci
adjectio speciale quid operetur.*

I.
N in genere (vid. supra de divis. §. 4.) notandum, quod licet sit in quovis loco contrahe- Loci cir-
re, cum loci circumstantia sit ex adiaphoris, sive ex iis, qua vocantur mediae naturæ, cumstantia
& in se moraliter considerata neque bonam neque malam naturam habere censeantur, est ex adia-
tur, quamvis ex prava hominum intentione & malitia per accidens turpitudinem indu- phoris,
cere possint. Veluti si quis male contrahat in tenebris, juxta illud Salvatoris Job, 3. exceptio
2. 20. Qui male agit odit lucem. Unde etiam Horat. Ut jugulent homines surgunt de no-
He latrones, c. conjulsi 24. §. de off. & pot. jud. deleg. can. perniciojam. 25. caus. 18. q. 2.
Tenebra enim apte sunt ad fabricandum falsum, l. 1. §. 10. ff. de infusc. ventre custodi.
part. quo tamen non omnia pertinent, que noctu sunt, cum & licita & egregia noctu fieri
queant. arg. l. 8. ff. de feris. l. non minorem 20. C. de translat. l. ad testam. §. ult. de te-
stam.

flam. quod multifariam accidere potest. Per vim quoque locus turpitudinis macula notatur, si quis aliquem in careerem dererit, ut contractum eidem extorqueret, cœu notat. Ictus in lege 21. ff. quod. mit. caus. Sic Magistratus in loco Provincie, ubi officium gerit vel administrat, non licet contrahit cum subditis, quia Leges Romanae concusionis & metus quandam suspicionem argentes hoc prohibuere, ut videre est in l. 46. §. 1. ff. de Jure fisc. § in l. pen. C. de his quæ vi metuere caus. ges. sunt. idque non solum in rebus immobilibus & fundis, verum etiam in mobilibus & se moventibus obtinuisse docetur ex l. fin. C. de rescind. vend. l. 62. pr. ff. de Contr. Empi. l. un. C. de contrah. judic. quæ prohibitus tamen sele non extendebat ad mobilia eculentorum & vietualium, quibus ad vita sustentationem catere non possumus, l. un. §. 2. C. de contrah. judic. Sed abrogatum esse per Germanie aliorumque regnum Provincias hoc statutum, notant Interpretes ad d. text. Graenew. ad d. l. un. n. 5. Wesenb. & Tuldien. ibid. Brunn. ad l. 46. ff. de Jure fisc. Bus. ad l. 33. seq. de Reb. Cred. Christin. Vol. 2. dec. 86. n. 3.

de Magistratu

Jus bodienn.

ratio lepida

Solennitas
loci

loco adjektio.

Divisio in b.
f. & fir.
juris.

Ratio illius.

II. Abrogationem hanc natam esse ex singulari Principum Politica, refert ex Rel. fendo Pagenstech ad Lauterb. in tit. de contrah. emt. manip. 1. §. 45. verb. quod bōdie §c. nimurum, quod id commodo illorum cedere queat, si praef. si & alii huic generis officiales multa sibi comparent immobilia, ut si forte Principis odium incurvant, ex illis satisfactio facilius acquiri possit; Quicquid sit, manet tamen Juris Romani ratio & æquitas in sua laude, quam respexisse videtur Sereniss. Dux Würtembergic. im Landrecht p. 1. tit. 75. §. Allerley Geschr. p. 212. § seq. & Landz. Ordin. tit. 30. §. 6. tit. 60. §. 4.

III. Ad formam & solennia quod attinet, illius loci mores venient observandi, ubi negotiatio contrahendo nascitur. Hinc si extra territorium Civitatis suæ quis contrahat, ad statutum illius extræ Provincie negotiatoris erit adstrictus, arg. l. 9. ff. de l. §. 1. Proinde si de negotiis qualitate non constet, ad secundi loci consuetudinem res gesta intelligitur, l. 34. ff. de R. J.

IV. Contractibus licitis nonsolum conditio & dies, verum etiam LOCVS frequenter adjici solet, uti constat ex §. loca. 5. Inst. de V.O. quæ adjectio licet purum constitutum contractum, h. e. non suspedit, aut in incertum ponat, re ipsa tamen habet tempus adiectum, quo debitor vel promissor utatur ad pecuniam eō loco solvendam, ubi promisit d. §. 5. Licet itaque contractus ejusmodi, quoad verba purus sit, ex re tamen ipsa dilationem accipit l. 2. §. 6. quod cert. loc. l. 41. §. 1. l. 73. ff. de V.O. inest enim tacitum tempus, ὥπος τὸ τῆς ὁδοῦ διάσημα definendum, arbitrio boni viri, l. 137. §. 2. ff. d. t. Vinn. ad d. §. 5. verb. ripsa habet tempu.

V. Ad præsentem tractationem potissimum fundamentum substernit nota illa contractuum divisio, quæ scinduntur in bona fidei, & stricti juris, arg. §. 28. Inst. de Aff. quæ divisio non est profecta ex Jure Gentium, verum ex qualitate aliqua extrinseca, quæ Legislator in illis voluit judici concedere laxiorem judicandi facultatem, etiam ultra contrahentium verba expressa, ut ex æquo & bono statuendi habeat licentiam, quid alterum alteri ex convenientia causa circumstantiarum præstare oporteat, nec adstrictus sit præcisè ad negotiis plius naturam & verba contrahentium, l. 7. ff. de negot. gesl. l. 24. ff. depos. l. 31. §. 20. ff. de adil. edit. §. un. Inst. de Obl. ex consensu. §. 20. l. de Action. Stricti juris ex diverso esse intelliguntur, quibus judici laxior illa statuendi & arbitrandi facultas sive licentia non est permissa, sed negotii indolem, partiumque contrahentium verba & formulas ipsum attendere & sequi oportet, l. 99. de V.O. junt. l. 3. de R. C

VI. Hanc divisionem Legislatoris Civilis, non Juris Gentium Statutum esse, manifestissimo argumento est dictus §. 28. in fin. ubi Imperator de hereditatis petitione assertit,

quod

quod de ea dubitatum antea fuerit, sit ne bona fidei an non? hancque dubietatem tollens b. f. censui illam inserit, qua dispositione non opus habuisset, si juris natura fuisset, quia Jus illud est immutabile & perpetuum, §. sed naturalia 11. Inst. de J. N. G. & C. Grot. manud. 2. Hinc etiam illud colligitur: bonam fidem hic non significare veritatem, sinceritatem & constantiam dictorum & promissorum, quae in omnibus negotiis ex Juris naturalis dictaminis iustione observari debet, cui mala fides, fraus & dolus opponuntur, non vero jus strictum, uti palam est.

VII. Joh. Faber in d. §. de action. 28. reprehendit hanc divisionem, ex ea ratione, Joh. Faber quod non habeat speciem oppositam, uti alia, v. g. in pr. Inst. de his qui sui vel alieni. Jur. not. Exemplo rem illustrat, dicens, non recte dividit animal in album & siccum, sed in album & nigrum dividendum esse: ita etiam contractus debuisse dividiri in bone fidei, & male fidei; in largi & stricti juris. Sed est istud subtilitas praeter rem, & inculpatio Imperatoris iniqua. Non enim, ut iam supra premonitus, hac distinctione est desumpta a qualitate aliqua naturali, sed adventitia, quae in Legislatoris suit arbitrio posita, & gaudet omnino sua restringendine, dum largior potestas & strictior Judicis rectissime & eleganter sibi invicem opponuntur. Ea propter referenda est hac divisione ad Entia Civilia, sive Le- Entia Civilia. gislatoris Civilis creata, de quibus latè dilectus Patens in Tract. de Oppign. Jurium, nec villa non in Paraphr. parati. § Comment. Inst. tit. de reb. corp. & incorporal.

VIII. In bona fidei contractibus loci adjectio nihil peculiare habet, sed sufficit, si b. f. contrahens requisitus solitus sit prædicti, tunc enim obligacionem & actionem ordinariam & con- Hoc non suetam producunt, uti luculentem monet Paulus in l. 7. ff. de eo quod cert. loco: In bona pertinet, fidei, inquietus, judicis, etiamsi in contrahendo convenit, ut certo loco quid præstetur, ex emto vel vendito, vel depositi actio competit, adde § commodati, non arbitraria. De qua re pluri- bus in cap. leg.

IX. Sequitur ergo ex his, ad argumentum nostri tractationem pertinentem imprimis contractus stricti juris, de quorum inde polo ante egimus: Superest, ut quinam illi sint, r. paucis enumeremus Gothofredus ad l. 5. ff. de eo quod cert. loco. ex Iason nominat quatuor species, scribens: Actiones arbitriae propter locum sunt quatuor, nimurum ex stipulatione, ex testamento, ex mutuo, & ex constituto, ubi argumentum sit ab effectu, nempe actionibus, ad causam, nimurum contractus, ut hoc passim in jure occurrit. Notandum autem, non solum veros contractus huius pertinere, sed etiam quasi contractus, ut est aditio hereditatis, quam indigit actione ex testamento. Præter contractus etiam hoc resertur Constitutum sive Constituta pecunia, quod est pactum legitimum, quo quis debitet præcedens, sive proprium fuerit sive alienum, denouo in fidem suam suscipit, quacunque declaratione aut promissione, ita tamen ut prior obligatio nihilominus perficiat, l. 5. §. 2-4. & seq. l. 28. ff. de Const. pec. In alieno debito incide in speciem intercessionis l. 1. §. 1. ff. l. j. C. ead. His tandem etiam addit donationem. Et donation. arg. l. 22. ff. de donat, ubi Gothofr.

X. Dixi constitutum fieri quacunque declaratione, ut intelligatur, non requiri stipulationem, aut soleniem verborum conceptionem: Prætor enim ex constituto nudo consensu factio non interposita stipulatione actionem dedit. In quo differt ab aliis nudis partibus, que Prætor non consummavit, actionem illis, ut huic tribuendo.

XI. Notandum hic erit, quod hoc pactum referatur inter Contractus stricti Juris. Non est contractus, ut contendunt nonnulli, Contractus tamen quoad efficiaciam obligandi habetur simile, ob Prætoris assentientiam. Hinc nota est Regula, quod omnia pacta legitima sint stricti Juris. l. 5. l. 7. de eo quod certo loco, l. 16. §. 1. de Con- Omnia pacta legit. lit. per Lauterb. ad tit. de part. Habet insuper constitutum illud peculiare, quod semper per str. jur.

Quibus ac-
censetur
constitutum,

Constituti
natura.

cula
tot
ge-
onis
§. 1.
re-
oce-
dic.
qui-
bro-
uter-
46.
Rel-
tio-
ne-
ex-
o &
cht
6.
ubi-
tra-
§. 1.
in-
en-
on-
ab-
et
sum,
re-
nest
37.
on-
aff.
qua-
lra-
al-
sus
24.
on-
ndi-
um
ife-
rit,
mod

per diem conjunctum habeat, sive expresse sive tacite, & quod posterius quidem post
10. dies, juxta l. 21. §. 1. ff. de Conf. pec.

XII. JCetus in l. 5. 6. §. 7. §. 1. de eo quod cert. loc. tres priores retulit; de Constituto agit in tit. seq. l. 16. §. 1. de Conf. pec. In diff. §. 1. legis. 7. agitur de stipulatione: SI QUIS CERTO LOCO, ait, TRADITURUM SE STIPVLATVS FUESTIT, idem est ac promiserit, stipulandi verbo in patendi significazione accepto, ut alibi etiam ita reperitur, e. gr. in l. 39. de contr. emt. ibi: Si vendor fructum pendens oliva venditer, & stipulatus (i. e. PROMISERIT STIPULANTI EMITORI) decem pondio: quod colligitur ex verbis seqq. non amplius quam quinque emtor petere potest. In l. 26. §. 13. ibi: si decem aut dictum STIPVLATVS (promittens) solvam quinque &c. ff. de condit. indebit. Et in l. ult. circa fin. ibi si quis STIPVLATVS FUisset (i. e. promisisset) de adm. & per. tut. De l. 12. C. de contr. stip. an eadem significatio promissoria ibi occurrat, dubitare ob variam lectionem: vid. Gothoff. & Cujac. L. 19. obj. 37. ab eo allegatus.

XIII. In codem §. 1. legis. 7. à nonnullis notatur variare ibidem lectiones, alias loco: TRADITVRVM: constitutum, vel conductum legentibus. Verum absque ratione. Nam vulgarem & Odofredns & Accursius retinet, que omnino recte se habet, si, ut in praecedenti th. annotatum, stipulatus ad personam promissoria accommodetur.

XIV. Ceterum hac vice non necesse fuerit expondere singulas species, quid sit mutuum, stipulatio, constitutum, & hereditatio &c. quia brevitate studio, perten-
de interea definitiones qualibet ex suo loco & sede.

XV. Sed queri non incongrue poterit, an & huc referatur indebiti solutio, qua & quasi contractus stricto jure constans est, arg. §. 28. l. de aſſ. Clad. tr. de condit. indeb. c. 2. n. 89. Bachov. ad Tr. Vol. 1. D. 22. th. 7. lit. E. verb. ante item constatato & promittum etiam vocari solet a Doctoribus arg. §. 16. quod, l. 1. quib. mod. re contr. oblig. ibi: perinde obligatur ac si mutuum acceſſit. Cujac. paratul. §. l. 8. obj. 34. Sed vid. Bachov. ad Inst. d. §. n. 1.

XVI. Loci sane mentionem circa indebitum fieri, ostendit l. qui loco certo, 27. ff. de condit. indeb. In hac specie non quidem dubium est, quin is, qui per errorem existimat, se certo loco pecuniam solvere debere, atque etiam solvere possit, sed tamen hunc effectum non producit, ut cognita veritate illum, qui accepit, aut in loco solutionis actione directa sive pura aut alibi actione arbitraria ad restituendum indebitum pecuniam convenientiam, sed possum eundem quolibet loco convenire, ut loquuntur ibid. JCetus, ratione addita: Non enim existimationem solventis eadem species repetitionis sequitur: quasi diceret, non qua solventi fuit existimatio, eadem est quoque repetenti: Nam solvebat ex errore, sciens autem repetit, solutionem repetitione rescindit, ad quam arbitriaria actio nequam est necessaria. Recte tamen Gothofred. ibid. notat, QUOLIBET loco accipendum esse de loco competente, nimirum domicili l. 61. de jud. conf. l. 38. eod. l. 1. ff. de ann. legat. Eodem modo generalis illa locutio in l. 16. §. 1. ff. de confit. pecun. restraininga est ex DD. mente, de qua re infra.

CAPVT TERTIVM.

De effectu loci adjectiōnis, quid operetur, & qualem producat actionem.

Connexio.

V Idimus de ipsis negotiis, in quibus loci adiectio singularem producit effectum, modo videsmus de effectu ipso, qualem scilicet producere apta sit.

II. Locū

II. Loci contractus duplum esse considerationem, jam supra th. 3. c. 1. fuit anno. Loci duplex datum. Nam AUT consideratur contractus ratione illius loci, ubi conjunctio consensu consideratio suis super praestando aliquo est facta, l. 19. §. 2. l. 45. pr. de judic. Carpzov. l. 2. R. p. 29. n. 7. Bruinem. ad l. un. C. ubi conv. qui certi loci dar. promis. Quod sit per literas eo loci, ubi literæ fuerunt receptæ. Berlich. p. 1. decif. 37. § p. 2. decif. 18. in fin. Vel, si per scripturam fuit, ubi scriptura fuit exarata, l. 17. C. de fid. instrum. & hæc absque loci adjunctione. AVT consideratur cum adjunctione certi loci, ea intentione, ut nimurum in illo praefatio vel solutio fuit, & ille locus solutionis gratia adjectus dicitur propriè locus contractus, l. 19. §. 1. § seq. l. 20. ff. de judic. l. 54. §. 1. de Procurator. l. 1. C. ubi de ratio- tio. l. 21. C. d. O. § A. l. 3. ff. de reb. aut. judic. possid. Carpz. Proc. Tit. 3. art. 2. n. 4.

III. Ut ergo parit forum Conventionis, vid. Gothoff. ad l. 27. de condit. indeb. Effectus ut in eo promittens vel debitor possit conveniri perinde ac in loco domicilli. Hinc factori. modum illud forum contractus, quemadmodum & in delictis usu venit l. 3. ff. de offic. Praes. l. 7. §. 4. l. 5. ff. de accusat. l. 1. de custod. reor. l. 1. § seq. aut. C. ubi de Crim. aga. c. ult. §. 2. de for. comp. De jure Romano magna hoc forum erat efficacia, trahebat enim debitorem eo etiam invitum, sive ibidem fuerit repertus, sive non, Nov. 69. c. 1. Hodie nisi sit subditus, à judice illius loci citari, vel ad comparendum cogi nequit, Carpzov. L. 2. R. p. 30. n. 3. § seq. tit. 4. aff. 2. n. 5. Blum. Proc. Cameral. c. 26. n. 6. nisi habeat ibidem bona: nam tunc actor potest misericordem in illa petere, & ita reus ad comparendum adigi per indirectum. Carpz. 4. II.

IV. Non tamen in hoc foto aliter actio poterit institui adversus reum, quam ad praestandum promissum, vel ad implendum, nequaquam vero ad rescindendum vel irritandum contractum: hinc cessat in restitutio[n]is petitione. l. 2. C. ubi § ap. quæm cognit. Bachov. ad Prot. tit. de integr. reflit. cap. ubi § coram quo p. 96. n. 4. Lauterb. conclu. 9. Exercit. 14. ubi addita limitatione refert differentes, inter quos etiam est Carpz. in Proc. d. loco. n. 9. de fundans in l. 14. §. 4. C. de N. N. P. quo tam non agit de rescissione contractus, nec actionem continet, sed exceptionem.

V. In stricti juris Judicij autem hoc peculiariter operatur loci adjektio, ut, præter Alteratio- forum conventionis, etiam aliter ipsam obligationis qualitatem, & efficiat ex actione obligationis, stricti juris actionem arbitriatum, adeo ut proflus novam induat qualitatem, licet quo- ad substantiam prior etiam maneat. Utputo: Obligatio sum aliqui ex mutuo, quod Lip- sis restituere promisi, actio quidem ex mutuo manet, sed fit simul propter locum solutio- quoad alio- nis arbitriaria, ut sit nunc actio ex mutuo, non simplex, verum arbitriaria, cum nova qua- nem arbit- litate. l. 2. §. 1. de eodem certo loc. l. 5. §. 6. 7. §. 1. cod. Bach. tr. de art. Diff. 7. part. 2. trariam. th. 2. §. 2. Tr. V. l. D. 23. th. 3. lit. b.

VI. Non autem ignorandum hoc loco, arbitriarium actionum duo reperi in iure Quæ non ab nostro genera. Unum à judicio arbitrio nomen tulit, quando videlicet Judex reum con- arbitrio ju- ventum primum admonet, seu jubet, ut actori satisficiat, sub pena condemnationis, de dictis, quo genero vid. §. præterea, 31. Inst. de actione in princ. Consistit autem contumacio illa vel in certa summa, veluti quadruplici, prout contingit in actione, quod metus causa. l. 14. §. 1. ff. quod met. caus. vel in eo, ut actori permittratur debitam rem mediane jura- mento in item pro interesse & affectione sua, etiam ultra verum pretium largius extima- re, quod contumacia Rei coercenda causa, ita statutum est, per l. 8. ff. de in lit. Jur. vid. l. 68. de R. V. Et hoc spectat tot. tit. de in lit. iurando.

VII. Alterum actionum arbitriarium genus est, quod ob loci adjunctionem ita appellatur sed ab ad- latur, & plane diversum est à priori. pr. dict. §. 31. in fin. Et hoc disputationis nostræ sectione loci presenitis potissimum argumentum præberet, non illud, ita appellatur.

VIII. Haec tamen quaquam putandum, quod haec qualitas arbitriatatis, ut ita lo- tur. quar. actionibus per se atque initio statim insit, non sane, sed manet ab initio actio ex Et fit talis con- per accidens

contractu pura, sive directa, v. g. ex mutuo, ex testamento, stipulatione, & consumento, que etiam ita in sua nativa & genuina natura possunt institui in loco ad solventum destinato. Verum mutatur illa postea factio & culpa sive ipsius actoris, sive rei. Illius quidem, si alio loco, quam quo promissa est solutio, agat, & sic utilitatem reo auferat, quam haberet in loco solutionis, l. 4. §. 1. ff. de eo quod cert. loco, quo nomine incidit in paenam plus petitionis, juxta §. 33. vers. loco plus petitur. Inst. de acti. Cum enim maxima utilitas sit in loco, ubi merces vel pecunia venit solvenda, illa sanè debitori salva manere debet, ne damnum incurrat. d. §. 33. quo cum consentit Jus Noricum in Reformat. tit. 6. l. 5. cuius rubrica est: Von Klagen darin so viel begehr wird. §. 33. Bann Dritten: So der K. I. d'g'r le Schulden an einem andern Ort foderte/dann da sie zu bezahlen bedungen worden. Bul. ad l. 2. n. 1. b. t. ubi scribit: Si per actionem efficiat sit, condamnatione minus sit.

X. Ex rei vero parte occasio vel causa intercedit, si statim tempore in loco solutioni destinato non appareat, sive illud data opera fiat, sive ex necessitate: d. l. 4. §. 33. vid. omnino Bulus ad. d. l. 2. n. 2. ubi opposita dilut.

X. Est igitur actio arbitria certi loci, nihil aliud, quam actio personalis ex causa stricti juris nata, qua instituitur alio, quam solutionis sive præstationis loco, cum memoratione tamen loci contractus, in qua iudex propterea laxiorem judicandi habet potestatem, secundum contrahentium utilitatem, ex bono & quo judicandi. d. l. 4. ff. Que iudicis potestas in eo præsumis constituit, ut non tam ad peritum, quam ad circumstantias loci, que pretia rerum variant ut plurimum, arbitrium suum pronunciandi dirigat, l. 4. ff. de eo quod certo loco, h. e. ut diligenter attendat, quanti utriusque litigantis interfit, ratione loci & mercium sive pecuniarum. l. un. C. ubi conven. qui ex loco.

XI. Ex dictis constat, actiones hujus generis arbitrias in effectu nihil aliud esse, quam actiones bona fidei, juxta diserta verba ipsius Imperatoris in d. §. 31. ubi ait: In his enim actionibus permittimus iudici ex aequo & bono secundum cuiusque rei, de qua aliam est, s. naturam, estimare, quemadmodum alteri satisfacere oporteat iuri. §. 30. pr. eod. & §. un. Inst. de oblig. ex consensu. Vocantur etiam uniles, item Prætorie arbitriae, quia Prætor hanc qualitatem actionibus stricti juris per se existentibus, indidit. Et hac nimis ratio est, quod bona fidei actiones, veluti actio ex ente, & alia similes, etiam si illis certus locus ad solventum adjudicatur, hanc qualitatem non induant, quia semper ha per se à natura sua sunt ita qualificata, ut extranea adiunctio augmento non opus habeant. l. 7. pr. ff. de eo quod cert. loc. licet actor eas in alio loco, quam quo promissum est, intenteret. Franzki in Comment. ad dist. tit. n. 13. & post illum Lauterbach. eod. tit. lit. C. n. 1. addit. ea, quae supra cap. 2. th. sequitur ergo: 9. jam de hac re habemus.

XII. Colliguntur exinde porro, quod haec nostra arbitria non sit confundenda cum actione arbitria primi generis, in qua iuratur, ob rei culpari & contumaciā, in item, de qua supra cap. 3. th. non autem ignor. In hac enim iudex arbitrarius de interesse utriusque, excluso juramento in item. Borchold equidem in Tr. de in lit. jur. cap. 4. n. c. 1. non dubitat, quin etiam hic actor possit interesse suum jurejurando estimare, sed nullo potest illud probari juris fundamento. Rectius itaque sentit Colleg. Jur. Arg. in tit. de in lit. jur. th. 6. n. 2. f. contrarium assertor per l. 68. in fin. de R. V. & post veteres Ploto pecule tractat. de in item jur. §. 22. n. 6. vers. fallit in actionibus.

XIII. Quid autem dicendum, si promissio facta sit alternative, in duobus videlicet locis, puta: Francfurti, aut Lipsiae. Hoc casu ab initio debitor potest, ubi voler, solvente, & actor pro sua commoditate agere. l. 2. §. 3. ff. de eo quod certo loco. Idque etiam procedit, si tam in loco, quam in objecto, sive in re, promissio alternative sit adiecta: Vixi in Lipsia, aut equum Francfurti dabo. l. 2. §. 3. vers. proinde, eod. Perez. in Cod. tit. ubi corvo qui cert. loc. n. 6 Lauterb. in tr. syn. ad d. tit. th. 7. Si quis autem conjunctum plura loca adiudicari, veluti: Lipsia & Francfurti decem dabo: divisa censebitur arbitratio.

definitio

in effectu
coincidit
cum b. f.
action.
Dicuntur
etiam utilis.
S. prætoria.

Dicrimen
ab aliis ar-
bitriis

de promissio-
ne alterna-
tiva.

¶¶¶ (11.) ¶¶¶

pulatio, & utroque loco directa actione ex contractu oriunda debiti promissi pars dimidia est petenda. l. 2. §. 4. d. t. nam si actor totum peteret uno loco, sine commemoratione leci alterius, plus peteret, ex ea ratione, quod altera pars non peteretur loco convenio. Perez. d. l. n. 7. in f.

XIV. Non solum autem in reum principalem, verum etiam in fidejussore hæc de fiducijs actione arbitraria locum habet, per l. 8. ff. de eo quod certi loci temporis spatium, fore. quod reo indulsum, fidejussori quoque competiturum est, ut nempe non ante conveniatur, quam reus in locum nominatum solutioni pervenire potest. l. 2. §. 6. ff. d. t. vid. l. 49. §. fin. ff. de fidejussor. Notandum insuper fidejussore ob moram principalis non in amplius condemnari posse, l. 8. vers. nec oportet it. ff. §. 1. f. d. t. de eo quod certo loco, quia pena rei principalis non auget obligationem fidejussoram. l. 68. §. 1. l. f. in fin. de fidejussor. Bus. ad d. l. 8. n. 7. Fidejussor enim se obligans ad ea, que Titius debet, non censetur se obligasse, nisi in fortrem, ut proinde in futuras usuras & ceteras accessiones conveniri non possit. Nocte quidem fidejussor mora rei, quod obligationem ipsam principalem, ad eamam perpetuandam, fuxia l. 88. ff. in V. O. attamen non nocet fidejussori ad augendam ejus obligationem, aut ad novam accessionem: in arbitrariis enim & stricti juris actionibus ultra id, quod expressum est, fidejussor non obligatur. d. l. 8. vers. neq. enim hac causa, ff. de eo quod certo loco. l. 99. de V. O. Secus fore, si ipse fidejussor moram committeret, l. 173. §. 3. ff. de R. J. Pere. ad tit. tit. Cod. n. 11. & Busius ad d. l. 8. n. 5. & seqq. Zcel. ad ff. d. t. n. 12. vide Willenb. ad ff. eod. tit. n. 15.

CAPUT QVARTVM.

*De foro actionis arbitraria extra locum contractus sive promissio-
nis, instituenda, subiectis contrariis.*

I.

Dicendum nunc restat de foro, sive loco, ubi nam actio arbitraria sit instituenda, *De foro.* satisfactione in loco contractus non inficiuta. Non convenient in hoc articulo *Daturum dis-* Interpretes, quos JCetus in l. 16. §. 1. ff. de conf. pec. in duas partes divisi. Ita *cordia,* enim Ulpianus ibid. sed & certo loco & tempore constitutere quis potest: nec solum eo ex l. 16. §. 1. t. loci posse eam petere, ubi ei constitutum (promissum) est, sed, exemplo arbitraria ei de constitutio- nione, VBIQVE potest. Quia vox VBIQVE multo permovit, ut reum ad quodcumque forum pertrahi posse putarent. Verum rectius alii voculis illi restrictionem ci- vilis inesse arbitrariunt, statuentes, locum seu judicem idoneum & competentem esse intelligendum, qualis est, ubi reus alias forum sortitur, vel ratione domicilii, vel ob ali- am causam per l. 9. §. fin. ff. de Judic. Duaren. ad tit. ff. de eo quod certo loc. Zcel. ad eund. tit. n. 3. Lauterb. cod. tit. tit. U. §. in tr. syn. §. 7. ubi subiectis, illis locis, in quibus haec actio recte instituenda, haud recte locum contractus annumerari à quibusdam, quia hoc in casu, quo quis certo loco aliquid dare promisit, locus contractus esse cen- setur, non ille, ubi negotium est getsum, in quo non arbitraria & utilis, sed directa & pura est instituenda.

II. Formulam hujus actionis talēm esse posse scribit laudatus Lauterb. in §. 6. Si *Formulæ* patet: Titium decem Capuae debere, neque in eo loco pecuniam debito tempore solvis. Latina. se, Judge ex arbitrio tuo condemnata, cirat. Bach. de action. Disp. 7. p. 2. th. 1. in fin. Germanicam exhibet Schacher, JCetus Lipsiensis, in Colleg. Praef. juxta tit. Pandectar. in iii. de eo quod certo loc. his verbis:

P. P. N. Saget das er am N. Aug. N. 300. Thie, alß hier in Leipzig ausgezahlet; Vernacula, solcher gestellt und also daß er ihm dieselbige den N. Tag in Frankfurth zahlen und er, legen sollte. Weil aber N. denselben Tag nach Frankfurth nicht kommen und daß er das Geld bis dato von ihm in guten nicht erlangen können; Als wird er verursa-

Bz

Geff.

het / wider N. Klage allhier in Leipzig anjustellen / liquidiret demnach seu habendes Interesse, vermöge bestommender Liquidation über dasjenige, was ihm daran gelegen, daß nicht alleiu die Gelder zu gesetzter Zeit in Frankfurth nicht ausgezahlet worden/ sondern auch daselbst nicht ausgezahlet werden wollen. Fordert hieraufsc, und will dem Richterl. Amte hiermit anhängestellen / und nach Gelegenheit dieses Fälls übergeben haben / wie das angegogene Interesse zu moderiren / und Ballagter dahin anzuhauen/ sey/ daß er die libellirten 100. Thlr. allhier in Leipzig wieder einrichte und b. zahle/ &c.

*Contraria.
Tempus.*

*Renuncia-
tio.*

*Debiti obla-
tio.*

*Impossibili-
tas.*

*Obligatio
faciendi.*

III. Superest, ut contraria paucis adducam: Cessat autem hac actio (1) si tempus tantum sit adjectum, deficit quippe ibi ratio dicta legis 1. ff. d. tit. §. 33 de actione. Nam ante tempus male, post tempus vero omnino utiliter agitur, nec illa utilitas reo affertur. Et quamvis hic quoque post moram res cum interesse praestetur, atque sic etiam temporis ratio habeatur, l. 4. pr. ff. d. t. l. 114. ff. de V. O. hoc tamen non efficit actionem arbitriariam, post Bachov. ad T. Vol. 1. Diff. 23. th. 6. lt. A. Franzk. t. t. n. 11. §. seq. Zool. ibid. n. 14. Lauterb. d. l. §. 1. inf.

IV. (2) Definitio hac arbitriaria competere, si Creditor suo iuri renunciaverit, debitum, inquam, in alio loco sponte & absque protestatione acceptans. Hoc enim ipsa sibi prajudicat, ut id quod interest alias sua, amittat, quia illud non est peculiariter in obligatione, sed arbitrio tantum judicis in actione hac arbitriaria continetur, qua omisla, regresus ad aliam petitionem non datur l. 8. §. fin. ff. adit. tit. videt. l. 9. §. 1. ff. de A. E. V. conf. etiam l. 3. G. de fruct. & lit. expen. Perez. in Cod. d. t. n. 9. Sibi ergo imputet, quod jure suo non fuerit ulis, quando quidem reus sine promittens non in alio loco, quam quo promisit, solvere in invito stipulatori porrest. l. 9. Lauterb. a. l. §. 5. in fin.

V. Cessat hac actio porro, si debitor in loco judiciali solutionem offerat, vel depositat, vel alias solvere sine creditoris damno fit paratus, quo casu judex cautionem jubetur a debitor accipere & illum absolvere. l. 4. §. ff. de eo quod cert. loco. Nec obstat quod alias dicatur, futuri temporis tractatibus ad judicium non pertinere, ideoque nec cautiones de futuro interponendas esse, quia id locum habet, quando non subest justa causa l. 41. ff. de judic. Bus. ad d. l. 4. inf.

VI. Facit praterea & loci praestitio impossibilitas contractum inutilem, veluti si quis Romae ita stipuletur: Hodie Carthagini dare spondes. §. lora. 5. Inf. de V. O. l. 1. §. 6. ff. de eo quod cert. loco. Non secus ac si impossibilis conditio sit adjecta, nam hujus oppositione conventiones omnes irritate redduntur l. 31. ff. de O. §. 10. J. de inut. stip. Nisi antea hoc fuerit ita per procuratorem, quem uterque Carthagini habet, provisum, quemadmodum casum proponit Caius in ult. §. 4. ff. de V. O. Hoc tamen alter obseruat in ultimis voluntatibus. §. 10. J. de hered. infit. cuius diversitatibus rationem affignat JCcas in d. l. 31. de O. §. A.

VII. Ultima tandem cessat hac actio, si faciendum quid certo loco promissum fuerit, nec fides promissoris sequata. Donellus ad tit. de eo quod cert. loc. affirmat. Sed contra negat Cujacius t. a. 3. ad Afric. pro Donello facere videtur l. 2. §. 5. de eo quod cert. loc. ubi dicitur: QVOD OBLIGATIONI FACIENDI NECESSARIO LOCVS ADIECI DEBEAT. Verum enim vero non potest exinde evinciri quod actioni arbitriaria etiam propterea locus sit. Tempore enim faciendo praterito, parata est illico actio ad interesse, nec insula v. gr. extructio amplius est in obligatione, ut proinde statim alio loco petere possim, quanti mea intersit, in ulla non esse adiectam, nec loci ratio ulla haberi posset, aut debet. Est enim obligationum danni diversa natura ab obligatione faciendo. Nam illa semper post moram etiam in obligatione manet, quod in obligationibus faciendo secus est, que scilicet id quod interest contineat, l. 4. 3. ff. de re jud. l. 7. l. 112. d. V. O. quod directa actione quoconque loco commisqui valeat. Wiffenb. ad tit. de eo quod cert. loc. Bach. ad Trent. Vol. 1. Diff. 23. th. 6. lt. C. DEO O. M. qui est sine Loco ab aeterno in aeternum, loca omnia creans & impleans sit Laus, Honor & Gloria in Seculorum Secula!

Altdorf, Diss., 1770-11

X 234 4169

Pub. 20. num. 27

1710 11

CHRISTO SECUNDANTE
ASSERTIONES QVÆDAM JVRIDICÆ

DE
LOCO CONTRACTVS

AMPLISSIMI JCCTORVM ORDINIS
IN ALMA NORICORVM
AVCTORITATE

COMMITTONVM EXAMINI SOLENNITER
ABSQVE PRÆSIDE EXPONVNTVR

A
CHRISTOPHORO SPIZIO,
ALTSTETTENS - THVRINGO,

D. 3. Octobr. 1710.

ALTDORFI,
LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERL.



Farbkarte #13

